

869

P A T R I S T I C I

870

CCL. VII D. 12.

250 Codex membraneus lat. Sec. partim XII. partim XIII. Folior. 122. f. per duas columnas partim luculente, partim minutiore caractere exaratus, quondam κτημα V. Cl. Job. Sambuci Pannonis Tyrnav. continet: I. Hieronymi et aliorum ad illum Epistolas XXXIII. quae in edit. Vallarsii T. I. Opp. Hier. sunt numero 35. 36. 62. 20. 15. 16. 18. sed turbato ordine. 102. sed non integra. 111. 110. sed non integra. 56. 105. 67. 104. 112. 126. 131. 132. 58. 53. 55. sed divisa in duas. 57. 51. 83. 84. Spuria T. XI. p. 227. item ibid. p. 270. Rursus genuinae 69. 146. 17. 145. 122. Spuria T. XI. p. 87. genuina 129. Omnes miniatis inscriptionibus gaudent, et rarissime lectione ab editis discrepant, ut adeo Codex quoad hanc partem optima notae sit.

II. fol. 107. sequitur recentioris paullo manus Commentarius in Epistolam Pauli ad Romanos absque Autoris nomine et qui in C. IX. v. 29. deficiat. Initium Prooemii est: *Causa scribendi hanc epistolam fuit altercatio, quam habebant iudei erga gentiles &c.* Ipsius expositionis: *Paulus. Mores scribentium epistola servat. in hoc quod in principio salutationem ponit. in qua captat benivolentiam auditorum &c.* Inspectis omnibus, quos quidem novi, antiquioribus Paulinarum Epistolarum Interpretibus non deprehendi praesentem, qui sobrius est et literae in-

fistit. De aetate conjeceris, si solum ab eo Augustinum, idque una alterave solum vice, citari re-putes.

CCLI. VI. g. 16.

Codex chartaceus lat. Sec. 530 XV. Folior. 131. 4. non una manu, commode tamen perscriptus et quondam Pauli de Slauikouicz, sequentia censet: I. D. Hieronymi Epistolas VIII. quarum επιγραφας et initia dabo, additis, quibus in edit. Vallarsii T. I. Veronae 1734. quaerendae sunt, paginis. *Ad Nepotianum Presb. Petis a me p. 252. Ad Eustochium Virg. Audi Filia. p. 87. Ad Rusticum Monach. Nihil Christiano felicius. p. 926. Ad Celantiam Matron. Vetus Scripturae sententia. p. 1089. Ad Heliodorum Ep. Grandes materias. p. 329. Idem (ita in margine) de honorandis Parentibus. Initium: Parentum meritis subiugans filios omnipotens deus servuendi legem in officijs posteris dedit &c.* Non inuenio prolixum hunc locum in Hieronymo, nec in Augustino, Ambrosiove aut Bibl. PP. *Ad Castoriam Materteram. Iohannes idem Apostolus. p. 27. Ad Vitalem Presb. Zenon naucleus. p. 434. et interposito, quem mox indicabo, Tractatu, Ad Pammachium et Oceanum. Schedulae quas misistis. p. 518.*

II. fol. 59. Incipit Tractatus de Corpore christi Editus per M. Stanislaum de Snoyma Sacre theologie professorem. Initium: *Visum est*